Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XVI. Narratio de Astyrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

hære Deo; ejuſque virtute roboratus, conſequere quod elegiſti. Vade in pace. Poſthæc regredientem illum ab eccleſia, præco pro foribus prætorii evocare cœpit. Jam enim præſtitutum tempus effluxerat. Admotus igitur tribunali, cùm majorem quàm antea alacritatem fidei oſtendiſſet, ſtatim inde, ita ut erat, ad ſupplicium abductus, martyrio coronatus eſt.

Θεοῦ, καὶ τύχοις ὧν εἵλου. πρὸς αὐτοῦ δυναμ μενος, καὶ βάδιζε μετ᾽ εἰρήνης. αὐθὺς ἐκ ἐπανελθόντα αὐτὸν, κῆρυξ ἐβόα καλῶν πρ δικαστηρίου· καὶ γὰρ ἤδη τὰ τῆς προθεσμίας χρόνου πεπλήρωτο. καὶ δὴ παραστὰς τῷ δικ στηρίῳ, καὶ μείζονα τῆς πίστεως τὴν προθυμ ἐπιδείξας, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἀπαχθεὶς τὴν θανάτῳ, τελειοῦται.

Caput XVI.

Narratio de Aſtyrio.

Vide Nicephor. l. 6. c. 14.

TUnc & Aſturius ob religioſam fiduciam ac libertatem celeberrimum nomen eſt conſecutus: vir ex Romanæ urbis Senatoribus, Imperatoribus unicè carus: & cùm ob ſplendorem generis, tùm propter divitias omnibus notus. Qui cùm ſupradicti martyris ſupplicio intereſſet, humeris ſuis impoſitum cadaver candida ac pretioſa amictus veſte bajulavit: & magnifico cultu ornatum, decenti tradidit ſepulturæ. De hoc viro innumera quoque alia referuntur ab ejuſdem familiaribus, qui ad noſtram uſque ætatem ſuperſtites vixerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚʹ.

Ἡ κατὰ Ἀστύριον ἱστορία.

ΕΝθα καὶ Ἀστύριος ἐπὶ τῇ θεοφιλεῖ πα ρησίᾳ μνημονεύεται. ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥω συγκλητικῶν γενόμενος, βασιλεῦσί τε πρ φιλὴς, καὶ πᾶσι γνώριμος εὐγενείας τε ἕ καὶ περιουσίας· ὃς παρὼν τηνικάδε τελειουμ τῷ μάρτυρι, τὸν ὦμον ὑποθεὶς, ἐπὶ λαμπ καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ἄρας τὸ σκῆνος φέρεται περιστείλας τε εὖ μάλα πλουσίω προσηκούσῃ ταφῇ παραδίδωσι. τούτου μυ μὲν καὶ ἄλλα μνημονεύουσιν οἱ τἀνδρὸς καὶ εἰς ἡ μᾶς διαμείναντες γνώριμοι.

Caput XVII.

De miraculis Servatoris noſtri apud Paneadem.

INter quæ hujuſmodi eſt miraculum. Apud Cæſaream Philippi quam Phœnices Paneada nominant, ad pedes Panii montis, fontes viſuntur, ex quibus profluit Jordanis. In hos feſto quodam die victimam conjici ſolitam eſſe ajunt, quæ mirabili quadam dæmonis operatione nuſquam poſtea compareret: eamque rem à ſpectantibus pro illuſtri miraculo haberi conſueviſſe. Quodam igitur tempore cùm Aſturius his fortè cæremoniis intereſſet, cunctoſque admiratione rei perculſos videret; primùm quidem cæcitatem vulgi miſeratus eſt. Deinde oculis in cælum ſublatis, ſupremum omnium Deum per Jeſum Chriſtum obteſtatus eſt, ut dæmonem illum populi ſeductorem conſtringeret, & à decipiendis poſthac mortalibus abſtinere eum juberet. Peracta precatione, repente victimam fontibus ſupernataſſe ajunt; atque ita miraculum ipſis prorſus intercidiſſe, nullo deinceps circa hunc locum prodigio viſo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖʹ.

Περὶ τῶν κατὰ Πανεάδα σημείων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεγαλ

ΑΤὰρ καὶ παραδόξου τοιούτου. ἐπὶ τῆς Φι λίππου Καισαρείας ἣν Πανεάδα Φοί κες προσαγορεύουσι, φασὶ παρὰ ταῖς αὐτ δεικνυμέναις ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ καλου νου Πανείου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδ προχεῖσθαι. κατά τινα ἑορτῆς ἡμέραν, σφαγ τι καταβάλλεσθαι. καὶ τοῦτο τῇ τοῦ δαίμονος νάμει ἀφανὲς γίνεσθαι παραδόξως. θαυμα εἶναι περιβόητον τοῖς παροῦσι τὸ γινόμενον. π ρόντα δ᾽ οὖν ποτε τοῖς πραττομένοις τὸν Ἀ στύριον, καὶ τὸ πρᾶγμα καταπληττομένους ὁ τα τοὺς πολλοὺς, οἰκτεῖραι τῆς πλάνης. κἄπει ἀνανεύσαντα εἰς οὐρανὸν, ἱκετεῦσαι διὰ Χρι στοῦ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, τὸν λαοπλάνον δαι μόνιον ἀπελέγξαι καὶ παῦσαι τῆς τῶν ἀνθρώ πων ἀπάτης. ταῦτα δέ φασιν εὐξαμένου, ἀ θρόως τὸ ἱερεῖον ἐπιπολάσαι ταῖς πηγ οὕτω τε αὐτοῖς τὸ παράδοξον οἴχεσθαι, μηδ μηκέτι θαύματος περὶ τὸν τόπον γινομένου.

ΚΕΦΑ